

IN EPISTOLAM S. JUDÆ PROLEGOMENON.

Judas cognomento Thadæus sive Lebaeus, & Zelotes, & juxta Origenem [a], Chryostomum [b], Hieronymum [c], Gelasium Papam [d] & alios nonnullos, interdum Frater Domini [e] idcirco appellatus, quod filius Mariæ Sororis B. Virginis, & S. Jacobi Minoris Jerosolymorum Episcopi frater esset [f]. Ex uxore, quam Nicephorus Mariam vocat, excepit liberos; Hegesippus enim duorum Martyrum ejus Nepotum meminit [g]. Eius, quæ extat, Epistola inter Catholicas ultima recensetur, quam ipse nulli peculiari Ecclesiæ, sed omnibus Fidelibus à Deo Patre dilectis, & à Christo Domino vocatis inscribit; ex cujus versiculo decimo septimo, quo Petri, veluti ab iis, quos alloquitur, satis agniti, secundam allegat, & ex toto ejusdem contextu, qui ad Apostolorum Principis phrasim, quammaximè accedit, omnibus Judæis, qui Christianæ Fidei nomen dederant, & in Orientis Provinciis versabantur, Epistolam suam scripsisse videtur. Jamdiu ad eos scribere optantem illuc usque se prohibuit idcirco fuisse ostendit, quod pravis quibusdam Doctrinis per doctrinas, nefariosque mores ultimam Ecclesiæ perniciem molientibus oppugnandis, totam suam operam collocasset. Simonianorum præcipuè cum hæc meminisse credimus, & Nicolaitarum, aliorumque ejus ætatis Hæreticorum [h], qui in Hierosolis Gnostici appellantur; quorum præva sententiæ, & pudenda flagitia à S. Epiphano, à S. Irenæo, & à cæteris vetustis Patribus referuntur. Eos quidem S. Judas quibusdam coloribus ita pingit, ut iis minime blandiri videatur: verum de lubricis eorum Hæreticorum moribus non nisi cautè loquendum est. Sub Epistolæ exitum, ut Fidei & Charitatis firmissimè adhareant, & precibus studiosè addicti à Deo misericordiam, & æternam vitam expectent, Fideles hortatur; enixèque rogat, ne Fratrum, qui ab Hæreticis decipi facillè possent, salutem negligant; utque veluti à mediis flammis illos eripiant, quos Hæreticorum fraus in errores impulerat. Vereantur, denique concludit [i], & eam, qua carnalis est, maculatam tunicam.

a Origen. in Matth. 35. p. 195. b Chryst. 2.5. vrat. 32. p. 409. c Hier. in Galat. 4. & in Helvid. cap. 7. d Vide Florent. Martyrolog. pag. 170. e Matth. 13. 55. f Vide Tillemont. t. 1. p. 682. Not. 2. in S. Jud. g Hegesipp. apud Euseb. Hist. Eccl. l. 3. c. 20.

h Epiph. hæres. 26. Occumen. hæc ad vers. 4. Athanas. in Synops. Alii recentiores plerique.

i Jud. vers. 23.

Quo tempore eam scripserit, ignoramus; sanè post Hæreticos, quorum meminimus. Apostolos veluti aliquandiu ante preceptos memorat [k]; præterea cum secundæ Petri verba exscribat, & ad secundam Pauli ad Timotheum alludat [l], post eorum mortem, nempe post annum Christi 66. eandem inscriptam jure putamus. Qui verò post Neronem, imò & post Jerosolymæ excidium exaratam duceret, utique non procul à veritate facillè aberraret.

Omnès prorsus Ecclesiæ inter Canonicas Scripturas hanc non semper recensere; quare an Canonica fuerit, Veteres nonnulli dubitarunt; imò & plurimi, Eusebio [m], Hieronymo [n], & Amphiloquio [o] testibus, canonicam ejus auctoritatem impugnaverunt. Eusebius præterea à Scriptoribus Ecclesiasticis vix allegatam, simul tamen in pluribus Ecclesiis publicè perlectam testatur [p]. Idcirco autem à pluribus improbatam scimus, quod S. Judas in eâ Libri Henoch; cui nunc ut apocrypho nulla fides, veluti cujusdam prophetiæ meminerit; quod etiam de cadavere Moysis quiddam referat, cujus in Canonicis Veteris Testamenti Libris nulla mentio; quare à quodam Apocrypho Opere, Moysis Assumptio inscripto, de promptum credebatur.

Verùm esto [q], S. Judas duo hæc Apocrypha Opera allegarit: ex iis sanè Libris, utpotè Dei Propheta, vera à commentitiis secernere potuit. In iisdem præterea vera plurima referuntur, quæ S. Judas aliunde fortè hauserat. De libro Henoch fusiùs egimus in Dissertatione ad Genesim. Quod verò ad Assumptionem Moysis, & S. Michaelis cum Damone de Moysis corpore altercationem attinet, in peculiari Dissertatione paulò ante perpendimus. S. Hieronymus magis abs re non esse putat [r], quod S. Judas apocryphum Librum citaverit, quàm quod S. Paulus prophanos Poetas laudaverit. Plurimum tamen inter illud interest, quod S. Paulus Prophanos ut Prophanos, S. Judas Henoch ut Prophetam allegat [s]. Putavit Grotius, eam Epistolam minimè Apostolo Judæ esse tribuendam, sed Judæ alteri, decimoquinto Jerosolymæ Episcopo, qui paulò ante Barchochebam, Adria-

k Vid. vers. 17. & 2. Petri. 3. 31. l Confer Jud. vers. 18. cum 2. Timoth. 3. 1.

m Euseb. l. 3. c. 25. hist. Eccl. n Hier. de Vir. Illustr. c. 4. o Amphilocho. carm. ad Seleuc. Naziani. carm. 125. p Euseb. l. 2. c. 23.

q Vide Aug. de Civit. c. 23. & l. 18. c. 38. & Barib. Petri hic, alios.

r Hier. in Tit. 1.

s Jud. vers. 14. Propbetavit de his septimus ab Adam Henoch.

Adriano imperante, florebat. Quare ea verba, Frater autem Jacobi, quæ eidem Epistolæ præferuntur, ut ad ejus auctoritatem conferrent, ab Amanuensibus addita autemavit; præsertim quod ipse Judas Jesu Christi servum se vocasse contentus, se nunquam Apostolum prodiderit; quodque etiam Ecclesiæ omnes eam Epistolam ab initio excepissent, & in proprium qualibet idioma tradidissent, si ab Apostolo exaratam non ignorasset [t]. Lutherus, Centuriatores, Anabaptistæ, & Kemnitius veluti incertam rejiciunt; ne minimum quidem validum eâ de re argumentum proferentes, his enim, quæ modò prætulimus, nil utique infirmius. Porro verba illa, Frater autem Jacobi, Amanuensium fraude supposita nullâ conjecturâ probantur; quippe quæ in omnibus tam vetustioribus quàm recentioribus Exemplaribus legantur. Apostoli sibi titulum in fronte ejusdem Epistolæ negavit S. Judas; cujus tamen Apostolici muneris privilegium viro illi Sancto asserit Evangelium. Profectò nec S. Paulus speciosum illud Apostoli elogium scriptum voluit in fronte Epistolæ ad Ephesios, geminarum ad Thesalonicensis, singularis ad Philemonem, sicut & ad Hebræos; nec S. Joannes in fronte trium suarum Epistolarum. Nec invidia in genuinum Authorem creanda est ex ambiguitate quarundam Ecclesiarum; cum dubitate pariter constat nonnullas de Epistola secunda S. Petri, & geminis posterioribus Joannis. Nihil sanè in hoc scripto Apostolo S. Judæ repugnans, non tempus, non circumstantiæ; consonant hæretici quos oppugnat, errores quos revincit. Recitat suppresso nomine verba de secunda S. Petri, & de Apostolis loquitur quasi aliquandiu ante occubuerint. Quid

t Extat Syriacè, Arabicè, & Ætiopicè versio in Polyglottis Anglicis. Adhuc Syriacè & Arabicè in Polyglottis D. le Jay, & alibi. Vid. Cornel. à Lapid. Præfat. in hanc Epist.

u Origen. in Matth. pag. 223. Vide & bom. 7. m. Joann. x Epiph. hæres. 26. y Clem. Alex. Commentar. in hanc Epist. à Castodoro vers. 1. Clem. Alex. in Strom. l. 3. & Pedagog. l. 3. a Tertull. de Cultu Fæminar. c. 4. b Laodicens. Can. 60. c Carthag. can. 47. d Athanas. in ep. Pasch. & in Synops. e Cyrill. Jerosol. Cathec. 4. f Naz. in z. carm. 1. g Rufin. Exposit. in Symbol. apud Cyprian. p. 553. h August. de Doctr. Christ. l. 2. c. 8. i Innoc. I. Ep. 3. c. 7. k Calaritan. Tract. de non conveniendis cum hæreticis. l Ambros. in Luc. 8. 28. m Hier. in Jerem. 29. 8. & in Ezechiel. 32.

IN APOCALYPSIM PROLEGOMENON.

ARTICULUS PRIMUS.

Totius Apocalypsis idea, Laudes, obscuritas, & rectè explicandi difficultas.

Variæ olim de Apocalypsi sententiæ. Nonnulli, quod obscura sit, velut inanem rejecerunt [a]; alii [b] eidem explicandæ incumbere supervacaneum duxerunt, tum quod plurima Interpretes semper latuerint, tum quod mundus sit prius absolvendus; ut difficultatibus omnibus solutis figuræ singulæ percipi possint. Sapientiores verò sanè de Apocalypsi pronuntiarunt. S. Dionysius Alexandrinus

a Quidam apud Dionys. Alex. Apud Euseb. l. 7. c. 25. b Castalio & alii quidam. Dionys. Alex. apud Euseb. l. 7. c. 25. de Dionys. Alex.

hic non conveniens ætati, quæ S. Judas in vivis egisse constat; excidio enim Jerosolymæ superstitem fuisse credimus. Nemo unquam inter Veteres, qui eam Epistolam laudavit, de illius Authore, ambigere se significavit: uno omnes assensu S. Judæ Apostolo tribuunt; ambigit nemo ante Grotium, qui in ea fuit sententiæ, Judam decimumquintum Jerosolymæ Episcopum hujus Operis genuinum esse scriptorem. Nonnullorum Veterum ambiguitati Origenis testimonium objicimus [u], qui hanc Epistolam maximè commendans, à S. Judæ exaratam perhibet, & cælestibus plurimis in pauca verba congestis sententiis referentem testatur. S. Epiphanius [x] se illud de S. Judæ arbitrariū asserit, quod Spiritu Sancto inspiratus adversus Gnosticos suam, quæ extat, Epistolam scripserit. S. Clemens Alexandrinus [y], Judam Jesu Christi servum, & fratrem Jacobi se dixisse contentum, à Fratre Domini se vocando per modestiam abstinuisse; alibi verò tam ipse Clemens [z], quàm Tertullianus [a], veluti à S. Judæ scriptam, & inter Canonicas Scripturas recensitam allegant. A Concilio Laodicensi [b], & Carthaginensi tertio [c], à S. Athanasio [d], à S. Cyrillo Jerosolymitano [e], à S. Gregorio Nazianzeno [f], à Rufino [g], à S. Augustino [h], ab Innocentio I. [i], & à Recentioribus cæteris in Sacrorum Librorum Catalogis hæc S. Judæ Epistola recensetur: quam præterea omnes, quorum modò meminimus, Patres allegant; hisque Lucifer Calaritanus [k], S. Ambrosius [l], S. Hieronymus [m], & alii plurimi ultro accedunt. Quare merito ambigi nequit, quod à quarto hucusque sæculo canonicam semper per omnes Ecclesias non obtinuerit auctoritatem.

tertil sæculi Author perhibet [c]: Ego Libris hunc nullo modo audeo abrogare, præsertim cum adè multi fratres eum tam magno aestiment; sed hæc mecum de eo opinione concepit, longè abstrusioris esse in illo materiam, quàm mens mea facillè consequi queat; & in singulis propè sententiis sensum quemdam mysterii involutum, & valde admirabilem delitescere, planè existimo. Et quamquam eum ipse non intelligo, suspicor tamen intellectum quemdam reconditorem verbis ipsis inclusum; atque istas res non

u Origen. in Matth. pag. 223. Vide & bom. 7. m. Joann. x Epiph. hæres. 26. y Clem. Alex. Commentar. in hanc Epist. à Castodoro vers. 1. Clem. Alex. in Strom. l. 3. & Pedagog. l. 3. a Tertull. de Cultu Fæminar. c. 4. b Laodicens. Can. 60. c Carthag. can. 47. d Athanas. in ep. Pasch. & in Synops. e Cyrill. Jerosol. Cathec. 4. f Naz. in z. carm. 1. g Rufin. Exposit. in Symbol. apud Cyprian. p. 553. h August. de Doctr. Christ. l. 2. c. 8. i Innoc. I. Ep. 3. c. 7. k Calaritan. Tract. de non conveniendis cum hæreticis. l Ambros. in Luc. 8. 28. m Hier. in Jerem. 29. 8. & in Ezechiel. 32.

non propria ratione velior, ac pondero, sed Fidei potius tribuo, & aliores, Divinioreque profecto arbitror, quam quas ipse ullo pacto cogitatione comprehendere valeam. Atque non eas improbo, quas non intelligo: sed idem potius admiro, quod mentis aciem lustrare non queo.

Hier. Ep. ad Paulin.

Perer. in Apoc. f. Socrat. apud Laert. l. 2. n. 57.

Bosquet Praefat. in Apocal.

Quanti Dionysius Alexandrinus, tanti Apocalypsim faciebat Hieronymus, quam laudibus idcirco cumulans, Apocalypsim Joannis, inquit (d), tot habet Sacramenta, quot verba. Parum dixi, & pro merito Voluminis laus omnis inferior est. In verbis singulis multiplices latent sententia. Eadem profecto sapientiores nostri Critici de tanto Opere sentiunt: id permaximè nobis utilitatis esse ducentes, ejus obscuritatem non ad contemptum, sed ad illius potius reverentiam conferre tuentur (e); & de eo illud usurpandum censent, quod de Heraclito perhibuit Socrates (f): Ea quidem, qua intellexi, fortia sunt, puto item & que non intellexi: verùm Delio quopiam natatore indigent.

Invitè licet ejus obscuritate, legentes suaviter aded afficiuntur, ut permaximam Divinæ Majestatis existimationem concipiant, & de Jesu Christi Mysteriis, Victoris, Regno, & Judicio magnificè cogitent. Quidquid in Scripturis pulchrius, in hoc uno Libro congeritur [g]; quidquid in Lege, & Prophetis vividius, atque ad majestatem magis compositum, novo quodam & clariori lumine hic augetur.

Cùm Apocalypsim Prophetiis sit undique referta, mirum sanè non fuerit, si tenebris obvolvatur. Obscuritas enim ad Vaticiniorum naturam quodammodò spectat, tum potissimum, cum eorum eventus vel procul abest, vel adu perficitur. Tunc verò tantummodo perspicua fiunt, cum reperatà cum iis, que prænuntiata fuerant, eventus confertur. Ante Christi adventum Veteris Testamenti Prophetias quis noverat? De promisso sibi Messia generatim sciebant Judæi; verùm Prophetarum de eo vaticinia, quæ sibi etiam mutò adversari videbantur, eam nubem induxerant, ut nonnisi post Servatoris obitum & Resurrectionem depulerint. Idem profecto contigit Patribus, qui quatuor, seu quinque primis Ecclesiæ sæculis floruerunt. Quidam enim in præsentibus calamitatibus obtutum omnem collocantes, & mentis acie longius non prospicientes, per illas Apocalypsim vaticinia persici arbitrabantur; quidam verò de ejus prophetiis veluti de mysteriis intellectui penitus imperviis, & post sæculorum exitum tantummodo percipiendis cogitabant; quidam denique de ejus literalis sensu investigando prorsus desperantes, ad figuratum, & allegoricum confugiebant, ad mores insituentos documenta undique haurientes.

h. August. de Civit. Dei. l. 2. c. 8.

Ecclesiam persecutionibus affectam, vetricem postea, & altà pace fruentem veram Apocalypsim Clavem certò ducimus. Omnia huc sanè collimant; quare arte prophetica & ænigmatica figuras exuere, & rebus sua nomina, suamque faciem opus est tantummodo impertiri, ut Apocalypsim in veram historiam convertamus. Antiquus dierum, Alpha & Omega, qui est, & qui erat, & qui venturus est, Deum Patrem; Agnus verò Deum Filium significat. Per terram Romanum Imperium; per bestiam septem capitum septem Imperatores Persecutores Ecclesiæ; per Draconem mulieri jamjam paritura; insidiantem, iidem Ecclesiæ persecutores designantur. Bestia cornibus instar Agni instructa Julianum Apostatam refert; meretrix magna, mystica Babylon, Romam innuit; tres anni cum dimidio, modò per duos & quadraginta menses, modò per dies mille ducentos sexaginta, per dies tres & dimi-

scripta fuerit, ejusdem plurima vaticinia jam completa fuisse minimè dubitandum. Ecclesiæ & Romani Imperii Historiæ nunc præ ceteris ætatibus clariùs patent; nosque majori præ Veteribus ope ad easdem dignoscendas instruimur. Quare facilius nobis quàm Patribus & Interpretibus ejus ætatis Apocalypsim explicatio contingit; cum ea nobis tantummodò quæ has prophetias adimpleverint, in sæculis ab Joanne hucusque elapsis investiganda supersint. In primo quidem limine explicatu impossibile sese & nobis hunc Librum exhibuisse fateamur. Quamobrem nisi de omnibus Novi Testamenti Libris disserere jam instituissemus, nunquam fieri potuisset, ut facinus plus nimio arduum aggredere mur; à quo præterea deterrebamur, quòd Interpretum plerisque, qui Apocalypsim explanandæ incubuere, feliciter res minimè evaserit.

Verùm re propius perspecta, & præclarissimorum quorundam, qui nostrâ ætate Apocalypsim historicè exponendam susceperunt, exemplo excitati, Operi & nos manum admovimus, & monstra, quibus terrebamur, sensum eò usque evanescere, ut, quidquid nullo superandum labore arbitrabamur, omnem omninò difficultatem, posuerit. Hinc nos conclusimus, tot Apocalypsim Interpretes rem hucusque non attigisse; vel quòd Ecclesiasticæ Historiæ ad hæc postrema usque sæcula ignoratæ satis fuerint; vel quòd ad S. Joannis vaticinia explicanda vix fuerint adhibita; vel denique quòd plus æquo habita sit reverentia Veterum interpretationi: quorum alii ante oraculorum complementum, cum scilicet fieri non poterat, ut historicè illa, explicarent; alii verò eâ scripserunt ætate, qua & Libris, & auxiliis ad res occultas explorandas penitus destituti, ut Historiarum Epochas stabilirent, vel ad morales & mysticos sensus confugerunt, vel ea singula vaticinia in sæculorum exitu adimplenda asseruere, vel denique profereendis conjecturis studium omne posuerunt, quæ ad talis tantique Libri intellectum per se ipsas minimè conferunt.

Ecclesiam persecutionibus affectam, vetricem postea, & altà pace fruentem veram Apocalypsim Clavem certò ducimus. Omnia huc sanè collimant; quare arte prophetica & ænigmatica figuras exuere, & rebus sua nomina, suamque faciem opus est tantummodo impertiri, ut Apocalypsim in veram historiam convertamus. Antiquus dierum, Alpha & Omega, qui est, & qui erat, & qui venturus est, Deum Patrem; Agnus verò Deum Filium significat. Per terram Romanum Imperium; per bestiam septem capitum septem Imperatores Persecutores Ecclesiæ; per Draconem mulieri jamjam paritura; insidiantem, iidem Ecclesiæ persecutores designantur. Bestia cornibus instar Agni instructa Julianum Apostatam refert; meretrix magna, mystica Babylon, Romam innuit; tres anni cum dimidio, modò per duos & quadraginta menses, modò per dies mille ducentos sexaginta, per dies tres & dimi-

midium, per tempus, & tempora, & dimidium temporis, persecutionem duratione ostendunt. Babylonis everio, bestia & meretricis interitus, persecutorum & Romæ idololatæ excidium exhibent. Plagæ, quibus Deus terram conficit, & iræ suæ phialæ, quæ in orbem jubet effundi, eas præferunt calamitates, quibus Romanum Imperium, præsertim post Diocletiani persecutionem, obrutum fuit.

In hoc verò systemate nihil in levissimis immorandum neque ubique investiganda mysteria: forsitan & hic latebunt; sed quis ea sine peculiari revelatione percipiat? Qui de casualibus pretiosi lapidis nomine, & proprietate, & Angelorum vestium coloribus, & de Cherubin figurâ dissereret, suo quidem ingenio, & libertate abuteretur; nisi forte id cautè præstaret, neque suis conjecturis veluti certis fidem vellet adhiberi. In Apocalypsim, quemadmodum in Veteri Testamento, omnia omnino habenda non sunt vaticinia. Divinæ Majestatis magnificentiam, vigintiquatuor Seniores à Thronis in genua ante Dominum provolutos, quatuor animalia Dei solum sustinentia; Librum consignatum Agno traditum, & id genus plurima Deus S. Joannis intellectui videnda, exhibuit, ut eum ad maximam ergà Divinam Majestatem reverentiam excitaret, utque ejus, & deinde Lectorum animos redderet attentiores. Hæc verò nonnisi indirecè ad præcipuum ejus Prophetiæ objectum pertinent, & infinitam Dei potentiam & amplitudinem ostendunt. Liber obsignatus ejus arcana consilia, & hominibus prorsus incognita exhibet; sicuti per Agnum, cui Liber reclusus oblatum est, eadem Divina consilia per Jesum Christum S. Joanni in Apocalypsim revelata designat. Angeli denique cum tubis & phialis à Dei Throno dimissi, calamitates, quibus Roma, ejusque Imperium obruta sunt, non fortuito, sed de Justitiæ & Potentiæ imperio evenisse demonstrant.

i Apoc. 22. 10. &c. k Daniel 8. 26. Tu autem visionem si qua post multos dies erit. Daniel. 22. 4. Isai. 8. 16. l Apoc. 22. 10.

hæc prophetia Libris hujus: tempus enim propè est. Cùm itaque plusquam mille sexcentis ab hinc annis S. Joannes Apocalypsim conscripserit, ejus vaticinia saltem per plurima sæculis retroactis jam completa jure merito diducamus.

ARTICULUS II.

De Apocalypsim Interpretum Methodo.

Quadrifariam Apocalypsim Interpretes dividi possunt. Alii omnes Joannis visiones de postremâ Judicii die explicant. Bestiam proinde septem capitum Anti-Christum dicunt; duos testes, Henoch & Eliam; mille annorum Regnum, de Justorum post Judicium millenario; & septem plagas, totidemque iræ Dei phialas, de calamitatibus mundi interitui præturis interpretantur.

Alii omnia de iis explanant, quæ Ecclesiæ persecutionibus agitatz evenere; verùm inter hos non convenit, cum verba Apocalypsim peculiaribus eventibus sunt adscribenda.

Alii, nempe Protestantium Interpretum plurimi, ut jure merito ab Ecclesiâ se defecisse ostendant, in eam odio excitando pro viribus incumbentes, quidquid tetrici S. Joannes de bestia, de Babylone, de meretrice prodidit, Ecclesiæ temerè adscribunt: quare Anti-Christum Pontificem designare volunt; & Romam Catholicam, seu Romanam Ecclesiam eam esse dicunt, in quam tot intentantur calamitates, quibus obruenda est Roma idololatra. Quorundam præterea eo pervenit audacia, ut ejus futuri excidii non modò annum, sed momentum etiam statuerint. Sed eorum vaticiniis invitis, Catholica & Romana Ecclesia stat, & usque ad omnium sæculorum exitum incolumis manebit.

Alii denique Apocalypsim singula morali explicatione exponunt. Hujusmodi scimus Ambrosium Autpertum S. Vincentii Vulturni in Italiâ Abbatem, Patrem de Viagos, & alios, præsertim Tychonium Doctissimum, quem spiritali methodo Apocalypsim explicasse Gennadius asseruit.

Veterum Patrum & Interpretum plerique Apocalypsim de postremo Judicio explicuere. S. Justinus, S. Irenæus, S. Victorinus Pétaviensis [ m ] tertii sæculi Scriptor, S. Hippolytus Episcopus Portuensis (n), Millenarii, Papias, Nepos Ægypti Episcopus, Andreas & Aretas (o) Cæsarienses, Primasius Episcopus Aduentinus (p). Ven. Beda, S. Ambrosius, seu potius Berengarius sub nomine Ambrosii; S. Anselmus seu alius sub eo nomine, & Recentiores plurimi vel omnia, vel ferè omnia ad ultimum Judicium referunt, tribus tantummodò capitibus primis exceptis, quæ de septem Asiæ Ecclesiis ut plurimum ad literam ab Interpretibus exponuntur.

Singulorum Authorum omnes omninò la-

m Petavium veteris Pannonia urbs secundum Dravum in Styriâ. n Sub tertii sæculi initium. o Sexti sæculi Scriptor. p Aduentinum Provincia Bizacena urbs.